



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

Quòd Deus eos, quibus iniuria fit, vlciscantur: & quòd ad eum vltio
remittenda. cap. xxxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A **Q**UOMODO probatur in confatorio argentum, & in fornace aurum: *Pro. 27.*
sic probatur homo ore laudantis. Seipsum laudare, aut vituperare,
non est hominis probi.

Ante considerationem non laudes virum: hæc enim tentatio est *Eccli. 27.*
hominum.

Væ vobis, cum benedixerint vobis omnes homines. Secundum hæc enim fa- *Luc. 6.*
ciebant pseudoprophetae patres eorum.

*Cum in rebus diuinis firmus ac robustus fuero, tum vehementius timeã oportet, ab usq; Ignat. e-
caueam, qui me incassum inflant. Qui enim me laudant, flagris me afficiunt. p. 1. ad*

B *Ne ad eas laudes, quæ veritatem excedunt, intumescamus. Trall.*
Multi, dum vulgi laudes ac plausum aucupantur, re quidem ipsa iniustitiam & aua- Basl.
*ritiam tanquam vtilem præferunt: specie autem ac sermone æquitatem atque iustitiam
maiores in modum admirantur.*

*Hic opes suas in eos, qui cum feris pugnant, effundens, atque inanibus vulgi sermonibus
exultans, laudibus intumescit, magnificeq; de se sentit, gloriam videlicet habes in confusio- Philip. 3.
ne sua: quippe qui clarissimis quibusq; ciuibus in tabulis pictum peccatum suum ostendat.*

Quod Deus eos, quibus iniuria fit, vlciscatur: & quod ad eum vltio
remittenda sit.

CAP. XXXVI.

C **D**EVS vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit. Faciens mi- *Ps. 93. 102*
sericordias Dominus, & iudicium omnibus iniuriarum patientibus.
Cognoui quia faciet Dominus iudicium in opis, & vindictam pa- *139.*
perum.

Ne dicas, Vlciscar me de inimico: expecta Dominum, & adiuuabit te. *Pro. 20.*

Non erit vltra domui Israël offendiculum amaritudinis, & spina dolorem in- *Eccli. 28*
ferens vndique per circuitum eorum, qui aduersantur eis.

Iudex quidam erat in ciuitate, qui Deum non timebat, nec hominem reuere- *Luc. 18.*
batur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vin-

D dica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit
intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia mihi mole-
sta est hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens, fugillet me. Ait au-
tem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicat. Deus autem non faciet vin-
dictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit
in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum.

Non vos vindicantes charissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim, Mihi *Rom. 12.*
vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

E *Certe is, qui iniuria afficitur, incenditur quidem præ mœrore: cum autem iniuriã acce- Cyril.
ptã interdū vlcisci, ac par pari referre nequeat, quod videlicet ei, à quo læsus est, viribus
cedat. superne iustitiæ, quæ improbitatis odio flagrat, aculeum ad auxilium suum accersit.*

*Oportere existimo eos, qui in loco sancto habitant, rerum omnium iudicium Deo com-
mittere, atque humanam manum a spernari, cum ipsi supernum iudicem circumspectant.*

De his qui capitali pœna mulctantur: & quod nemo pro alio pu-
niendus sit.

CAP. XXXVII.

NON morientur patres pro filiis, nec filij pro patribus: sed vnusquis- *Deut. 24.*
que in peccato suo morietur.

Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem *Psal. 48.*
suam.